UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XVII. de non tollendo jus quæsitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

in primo gradu & ſucceſſivè aliorum, & alio de concurrentibus in impetratione beneficiorum vacantium, aut certo modo vacaturorum, habentes motum proprium præferantur non ſolum non habentibus, aliàs graduati non graduatis, & ſic de aliis, ſed etiam vincunt omnes alias prærogativas, quotquot ſunt, *Idem Caſ. deciſ. 14. in fi. d. tit. de præb. & Jo. And. in c. duobus de reſcript. in 6. n. 5. inſi.* ubi dat rationem hanc, quod gratia motus proprii pleniſſimam recipiat interpretationem *per c. ſi pluribus de præb. in 6.*

X *Per hanc Regulam*) In qua nimirum graduati ante poſſeſſores nominantur. Debet enim attendi ordo ſcripturæ ut diximus & latè oſtendit Felii *in c. cum Dilecti n. 4. & 5.* ubi variè poſitionem hanc limitat de reſcript. unde ſcriptum reliquit Baldus, primum in ordine ſcripturæ dici potiorem in tempore *in l. de rebus C. de Donat* potior autem in tempore potior eſt jure, & alios excludit *l. 2. C. qui pot. in pag. hab cap. qui prius de reg. jur. in 6.*

Y *Nobili*) An Cardinali? vide fuſiſſimè Mand. *ad. reg. 16. q. 52. per tot.* multimodis diſtinguentem.

ARGVMENTA IN REG. XVI. INNOCENT. VIII.

1. PRinceps per quamcumq; comiſſionem non tollit jus quæſitum alteri.
2. Fallit in Papa, qui de plenitudine poteſtatis in beneficialibus ad poteſt.
3. Limitatur, dummodo aliud viciſſim conferat beneficium.
4. Motus proprius an ſubjaceat diſpoſitioni hujus reg.
5. Præſens reg. aucta eſt per Paulum III. & ſequentes ab eo Pontifices.
6. Clauſula in reſcriptis apponi ſolita dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum, importat conditionem & gratiæ effectum ſuſpendit.
7. Reg. hæc præſervat jus quomodolibet quæſitum directè vel indirectè.
8. Etiam non obſtante contraria declaratione.
9. Papa non cenſetur velle derogare juri in re vel ad rem.
10. Per mandatum ſecundum non tollitur primum etiamſi in eo ſit clauſula anteferri, quod verum niſi Papa derogaverit hunc reg.
11. Supremus Princeps ſcienter diſponens contrà jus tollit juris obſtaculum.
12. Hinc poteſt tollere rem judicatam & ſententiam in favorem alicujus, licet non poſſit tollere Dominum.
13. Quot modis quæratur jus ad rem, & jus in re.
14. Nihil intereſt ad effectum hujus reg. ſi ſit jus quæſitum principaliter, an verò in conſequentiam.
15. Clauſula dummodo tempore datæ præſentium non ſit jus alteri quæſitum habetur ſemper pro appoſita, ſive Papa conferat, ſive alius ipſius auctoritate & n. 16.
16. Omnes clauſulæ de ſtylo & conſuetudine

tudine apponi ſolitæ habentur pro appoſitis, etiamſi non exprimantur.
17. Declaratio Papæ quando tollat jus quæſitum.
18. An hæc reg. obtineat in eo cui tantum eſt jus quæſitum ſub conditione, vel ad tempus, & quid in eo cujus poſſeſſio tollitur.
19. Utrum Papa poſſit tollere Jus alteri in beneficio quæſitum.
20. Quando conſtat de mẽte Papæ, tunc cenſentur Juri tertii derogare voluiſſe
21. Etiamſi in Gratia non ſit derogatum huic reg
22. Clauſula de plenitudine poteſtatis, eſt majoris ponderis clauſula motus proprii & ex certa ſcientia.
23. Papa quando cenſeatur tollere Jus alteri quæſitum.
24. Papa per clauſulam de plenitudine poteſtatis tollit jus alteri quæſitum ſecundum aliquos, ſed contrarior opinio verior.
25. Legatus à latere & alius inferior an poſſit jus alteri quæſitum tollere.
26. Legatus de latere non poteſt derogare regulis Cancellariæ niſi expreſſã de eo habeat facultatem.
27. Papa ſi per viam legis deroget huic reg. an tollat Jus quæſitum?
28. Papa an tollere poſſit Jus ex privilegio Apoſtolico & conſuetudine immemorali Decano & Capitulo quæſitum.
29. An reg. hæc locum habeat in Jure quæſito ex privilegio: & quid ſi privilegium abierit in contractum.

REGULA XVI. INNOCENTII VIII.
Quæ eſt PAULI V. XVII.
DE NON TOLLENDO JUS QUÆSITUM.

Item ne per varias quæ pro commiſſionibus habendis in cauſſis plerumq; fiunt ſuggeſtiones, juſtitia poſtponatur, idem Dominus noſter decrevit & declaravit ſuæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque ſignaturam, ſeu conceſſionem pro commiſſionibus hujuſmodi per ſanctitatem ſuam, vel de ejus mandato faciendam, nulli ſibi jus quæſitum quomodolibet tollatur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In iſta Regula dicitur, quod per quamcumq; ſignaturam nulli tollatur jus quomodolibet quæſitum, & hæc Regula concordat cum Jure communi: quia Princeps non tollit jus quæſitum alicui per quamcumq; Commiſſionem l. 1. §. Si quid à Principe ff. Ne quid in loco quib. & l. Nec avus C. de Emancip. lib. cap. quamvis de Reſcript. in 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap. ſi propter eod. tit. & lib. *Ego tamen ſolebam limitare hanc Regulam ubi verba ſunt dubia, ſed ſi verba ſunt clara, maximè in beneficialibus, bene tollitur jus quæſitum: quia habet Papa plenam poteſtatem in beneficialibus* c. 2. de præb. in 6. & clem. 1. Ut lite pend. *& ad hoc allegabam gl. in jure Canonico mihi ſingularem* in c. Cum dilectus in verb. nec juri, de Conſuet. *& alias duas de jure civili*, in l. nec avus C. de emancip. lib. & in l. reſcript. C. Si contrà jus vel util. publ. *Fateor tamen quod ſi Papa tollit jus quæſitum in beneficio alicui de plenitudine poteſtatis, quod tenetur ſibi providere de alio ſimili beneficio, ut ſing. not. Baldus & gl.* in c. 1. §. ad hæc in 8. col. de Pac. jur. firm. *& licet proemium iſtius regulæ videatur innuere quod habeat locum iſta reg. quando importunè*

C *pro aliqua commiſſione, & ſic videtur quod ſi faceret motu proprio, quod valeret etiam & tolleret jus quæſitum* per l. 1. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. & per l. 3. ff. quod quiſque jur. in pr. *tamen ſi non ſunt verba clara, contrarium dicerem: quia motus proprius non tollit jus quæſitum tertio ex defectu intentionis Principis*, ſufficiant gl. in cle. ſi Romanus de præb. & deciſ. Rotæ numero CVIII. quæ incipit. Item dicebant Domini *& ſic credo ſententiare Rotam ſæpenumero: & probatur defectus intentionis & de jure communi, ut allegavi ſuperius de ſpeciali, ut in hac regula ad proemium generale, & dico quod licet faciat cauſſam finalem proemii*, ut in l. fi. ff. de hæred. inſtit. *tamen cum conſtat de mente conſtituentis ſecus eſt, facit quod dicit Cyn.* in l. non dubium in penult. q. C. de

E legibus.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

A IN *iſta Regula*) Plenior facta eſt hæc regula per Paulum III. qui ſtatuit illius effectum producendum *ad quamcumq; commiſſionem, ſive mandata, aut declarationes, etiamſi motu proprio & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem à Sanct. ſua & ejus mandato emanaverint*: quæ verba ideò inſerta ſunt Regulæ Pauli III. ut latiſſima fieret illius interpretatio, ne jus alteri quæſitum per quamcumq; Papæ conceſſionem tolleretur: Ideoque clauſula reſcriptis apponi ſolita dummodo *tempore data præſentium non ſit alteri jus quæſitum*, (de qua vide illuſtriſſ. Card. Tuſchum *in pract. concluſ. 329.*) importat conditionem, & gratiæ effectum ſuſpendit, ut tradit Felii: *in cap. ſi ſuper litteris num 11. de Reſcript.* Imò gratiam reſolvit & nullam reddit tanquam ad importunitatem petentis conceſſam *Rebuff. in praxi in forma novæ proviſionis in verbo dummodo tempore num. 5.* Notandum porrò Regulam hanc præſervare jus quomodolibet quæſitum *Cæſar de Graßis deciſ. 1. de verb. ſignif.* ubi ſcribit Dominos Auditores verbum *quomodolibet* in Regula retuliſſe ad verba *jus quæſitum* non autem ad verbum *tollatur*, ſicque comprehendat jus

quale-

qualecumq; & cujuſcumq; generis directi vel indirecti & etiam impropriè ſum-
ptum *gl. in clem. 1. verb. quomodolibet de ſtatu Monach.* etiam minimum *Pariſ. conſil.
68. n. 10. lib. 1. Seraph. deciſ.* 1082. *n. 2. in una Cæſar Auguſtana Exemptionis coram R. P.* 8
D. Orano Rebuff. in reſcripto ſi neutri poſt n. 38. quo in loco Reg. hanc exemplificat in
duobus quibus Papa beneficium contulit, & poſteà declaravit quod intendebat
ſecundo conferre & non primo: quia ejuſmodi declaratione non obſtante de-
clarabitur pro primo: atq; ita judicavit Senatus Pariſienſis apud Paponium *lib.
3. Placit. tit.* 3. Et ſic per iſtum textum, inquit Rebuff. hic. Judices debent ſecurè
procedere quod non obſtante reſcripto Papæ non dubitent partibus jus redde- 9
re. Nam quotieſcumq; aliquis habet jus in re, vel ad rem tempore conceſſio-
nis, ſive pendente lite, ſive ante, emanatæ, Papa non cenſetur huic juri dero-
gare unde ſi conferat nonobſtante quacumq; collatione, intelligitur de invalida
non de valida ne jus quæſitum tollat. *Felii & alii in c. cauſſam de reſcript.* ſic etiam 10
per mandatum ſecundum non tolletur primum, etiamſi in eo ſit appoſita clauſu-
la *Anteferri*, niſi Papa derogaverit huic reg. *text. in c. pen. de Conceſſ. præben. Reb.
in praxi ad hanc reg. gloſſ.* 4. quia ſupremus Princeps diſponendo ſcienter contrà
jus, tollit juris obſtaculum *l. idem Ulpianus ff. de excuſ. tut. Pet. de Anchor. conſ.* 278. 11
hinc poteſt tollere rem judicatam & ſententiam latam in favorem alicujus, ex 12
qua acquiritur jus, licet non poſſit tollere dominium *Mohed. deciſ. 5. de ſent. &
re jud.*

Porrò, ut redeam unde diverti, jus quæritur ad rem multimodis, videlicet
per mandatum de providendo, per nominationes, collationem necdum accepta- 13
tam, optionem, præſentationem, electionem, regreſſum & acceſſum ut latè per
Gomeſ. *ad hanc reg. q.* 1. Jus verò in re per collationem, proviſionem acceptatam
c. fin. de conceſſ. præb. in 6. Rebuff. in praxi in reg. de non tollendo gl. 6. n. 38. & nihil inter-
eſſe Mandoſ. *q.* 3. an jus ſit quæſitum principaliter, an verò in conſequenti- 14
am: quia utrobiq; Papa non cenſetur voluiſſe derogare; licet aliud voluerit Go-
mes. *q. 3. & Rebuff. d. loco n.* 29.

Eſt enim obiter notandum, dictam clauſulam *dummodo tempore datæ &c.* ſemper
haberi pro appoſita: cum omnes clauſulæ de ſtylo & conſuetudine apponi ſo-
litæ habeantur pro appoſitis, etiamſi non exprimantur. *Mand. ad hanc reg. q. 2.* 15
per text. in c. cum M. Ferrarienſis verb. mandamus ibi Abb. n. 5. Felii n. 6. de conſtit. Quod
extendeut procedat etiam quando Papapa daret facultatem alteri, ut aucto-
ritate Papæ conferat: quia ſemper cenſetur concedere cum clauſula *ſine præju-
dicio juris quæſiti in re vel ad rem Bellam. conſ. 33. verſ. quinta concluſio n. 9. Card. Tuſchus* 16
præt. concluſ. tom. 6. concluſ. 98. in fi.

Prætereà quod in Reg, dicitur Papam per ſuas declarationes non intendere
jus alteri quæſitum tollere, hactenus intelligendum eſt, niſi ejuſmodi declaratio
tacitè in conceſſione contineretur: quia tum præjudicaret: cum illa non tollat jus, 17
ſed

ſed excutit & aperit quod latebat, vel niſi fieret in circumſtantiis vel qualitate actus *Rebuf. in d. reg. gl. 5. verſ. limitatur, quod conſule*, ut & Gom. *q. 13.* Mand. *q. 5.* ubi diſtinguitan declaratio concernat dubium in re an verò in facto: priori caſu illam non tollere Jus quæſitum; altero verò tollere.

An autem hæc reg. obtineat etiam in eo cui tantum eſt jus quæſitum ſub conditione, vel ad tempus, vide Gomeſ. *hic q. 4.* & Mand. *q. 9.* & quid in eo cui poſſeſſio tollitur, vide eundem Gomeſ. *q. 5.* & Mohed. *deciſ. 87. n. 3.* Et quid in commiſſione qua mihi tollitur facultas agendi vel excipiendi, *conſule eundem Gom. q. 11. & 18. & 20.* quo in loco varias commiſſionum formas affert quibus jus alteri ſublatum cenſetur.

B *Maximè in Beneficialibus*) A Gloſſographi noſtri ſententia diſſentit Rebuffus *in praxi ad hanc reg. gl. 6. n. 13.* cujus doctrinam hactenus probo, dummodo de mente Papæ non conſtet; ſecus autem eſt quando conſtat de ipſius mente & voluntate. Hinc fuit reſolutum in una monaſterien. quod gratia facta per Papam de Canonicatu Monaſterienſi cuidam Joanni, in qua Papa expreſſè derogavit ſtatuto dictæ Eccleſiæ requirenti quod Canonici eſſent nati, ex nobili genere & militari, erat bona & canonizanda, quamvis non fuerit derogatum huic reg. nec de illa mentio facta ſit, & dictus Joannes tales qualitates non haberet, extat hæc deciſ. p. 3. diverſ. lib. 3. deciſ.

C *Tollat Jus quæſitum*) Quod etiam cenſetur voluiſſe ut quidam exiſtimant per clauſulam *de plenitudine poteſtatis*, vel quando per viam Reſcripti aut legis generalis huic Regulæ derogaret *Gomeſ. q. 15. Puteus deciſ. 164. num. 2. lib. 2.* Aliud atque ſi conceſſioni ſit tantum adjecta clauſula *Motus proprii* vel *ex certa ſcientia* ut oſtendit hic noſter Gloſſographus probatque Gozadinus *Conſil. 5. num. 25.* & ita reſolvit Amphiſſimus Ordo Sabaudiæ teſte Antonio Fabro lib. 1. definit. *tit. 2. Definit. 22.* ubi fuit dictum quod licet clauſula Motus proprii tollat vitium ſubreptionis, non tamen jus alteri quæſitum tollit, *Bald. in cap. ad audientiam de Reſcript. & in l. 1. de Conſtit. Princip. Decius Conſil. 202.* Quid dicendum de clauſula *de plenitudine poteſtatis*? hanc jus alteri quæſitum tollere non pauci ſentiunt: quod hæc clauſula ſit majoris ponderis quàm clauſula *Motu proprii* & *ex certa ſcientia*, ut voluit Abb. *in cap. unito num. 11. ibi text. Ut Eccleſ. benef. ſine diminut. conferr. & in Cap. nulli de Reſcript. Gozad. d. Conſ. 5. num. 25. Gabrielius tit. de Jure quæſito. Concluſ. 1. n. 29. Pariſ. Conſil. 5. num. 25. & ſeqq.* Nam ubi Princeps ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, quod gratiam annullet. *Bald. in Proem. Decret. Col. 4. Decius Conſ. 341. Incip. Viſo puncto num. 3.* cum præſumatur, uti velle non ordinaria, ſed abſoluta poteſtate *Felin. Conſ.* num. 15. *Pariſ. d. conſ. 5. num. 94. lib. 4.* qua cenſetur etiam Juri tertii velle derogare, ut multis probat Gozadinus dicto loco, licet non deſint qui exiſtiment etiam clauſulam *ex certa ſcientia* ejuſdem eſſe energiæ atque de plenitudine

pote-

poteſtatis, ſicut per illam non ſecus atque per iſtam cenſeatur derogatum juri
tertii, quos laudat Anaſta: Germonius *in ſuo tract. de indult.* §. *nos itaq;* *n.* 22. *& ſeq.*
ſed ego nec clauſulam *ex certa ſcientia*, nec *ex multitudine poteſtatis*, tollere Jus quæ-
ſitum autumo; ratione quam affert Ill. Seraphinus *deciſ.* 1082. *n.* 9. ubi dicit ità
fuiſſe deciſum coram R. P. D. Blanchetto *in una Mediolanenſi fructuum* 24. *Aprilis*
1592. *in propriis terminis hujus clauſulæ.*

Quid dicemus de legato de latere vel alio inferiore an poſſit Jus alteri quæſi-
tum tollere? Sarnen. *q.* 23. & Mandoſ. *q.* 7. *n.* 5. reſpondent quod non: cum ſo-
lus Princeps id poſſit *Decius in c. in Eccleſiarum n.* 24. *in fi. de conſtit. & in c. ex p.* 2. *in*
2. col. de off. deleg. Nec refert quod legatus de latere ſit loco Papæ eademq; poſ- 25
ſit quæ ipſe Papa: nam hoc intellectum habet in non reſervatis ſoli Principi id
quod plurius oſtendit Mandoſ. *d. loco* ubi etiam *n.* 1. ſcribit Sarnenſis auctoritate
motus, legatum etiam de latere non poſſe derogare regulis Cancellariæ niſi ex-
preſſam ſuper hoc habeat facultatem. 26

Sub Beneficio) Idem adſtruit Rebuf. *in praxi ad hanc reg. gl.* 6. *n.* 16. & Gomeſ.
d. q. 1. *verſ. putarem* qui tamen aliud dicendum eſſe *in q.* 15. ſcribit, quando Princeps
non per viam reſcripti ſed per viam legis generalis tolleret Jus quæſitum: quia
tunc non tenetur inquit ad aliquam recompenſam ut concluſit Alex. *in conſ.* 109. 27
viſis col. ante pen. verſ. ad tertium Argumentum lib. 3. Igitur ſi Papa per viam legis
derogat iſti reg. non eſt dubium illum tollere Jus quæſitum: quia Papa poteſt tol-
lere Jus quæſitum ex lege ſua *ut dicit* Paul. *Caſtren. conſ.* 216. *incip. Quomodo & Felin.*
in c. Novit n. 9. *de Judi.* Imò ſi per viam reſcripti ſcienter deroget regulæ, non
poterit ille cui jus tollitur uti exceptione illius: *Gomeſ. d. q.* 16.

An autem tollat Jus ex privilegio Apoſtolico, & conſuetudine immemoriali
Decano & Capitulo quæſitum, de percipiendis fructibus anni quo vacant be-
neficia per derogationem privilegiorum Capituli, & Fabricæ penſione tertiò 28
ſuper illius fructibus reſervata? vide Mandoſ. ad hanc reg. *q.* 11. *per tot.* ubi re-
ſolvit pro affirmativa, nimirum quod tollebatur Jus quæſitum capitulo ſuper
fructibus ubi expreſſa eſt derogatio *fa. deciſ. Caſ. de graſſis* 193. *alias* 1. *de verb. ſign.*
& in Wameſ. conſ. 15. *n.* 2. *de conſuet.* Quid autem ſi tollatur Jus quæſitum ex Jure
ſpeciali ſeu privilegio? Vide Farinacium *deciſ.* 711. *n.* 1. ubi ſcribit hanc noſtram 29
reg. habere locum etiam in Jure quæſito ex Jure ſpeciali & privilegio, probatq;
Mohed. *deciſ.* 82. & Seraph. *deciſ.* 1082. *n.* 1. & Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 193. *num.* 10.
hæc enim reg. præſervat jus quomodolibet quæſitum, & dictio *quomodolibet* in-
cludit omne Jus, etiam minimum ut diximus, probatq; Seraphinus *d. deciſ.* 1082.
Quid ſi tollatur Jus quæſitũ ex privilegio ſeu conſtitut. quæ abit in contractum,
vide Gabriel. *tract. com. concluſ. lib.* 3. *concl.* 5. *&. per tot* & quæ ſcripſi ad primarias
preces.

Cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum conſtat de mente) ſed facile non concedit Princeps *l. 2. de Nat. rei* ... concedat videtur valere, atq; ita conſuluit Coſtren. *conſ.* 178. *col.* 2. *p.* 1. ... *hanc reg.*

ARGVMENTA IN REG. XVII. INNOC. VIII.

1. Major ſeptennio licet minor 14. annis de jure antiquo poterat eſſe Canonicus in Eccleſia Cathedrali.
2. Ex diſpoſitione hujus reg. debet proviſus compleviſſe 14. annum, & in collegiata 10. annum attigiſſe.
3. An anni incipiant currere à die quo quis conceptus eſt.
Omnis intellectus extranenus eſt qui non ſonat in auribus vulgi. ibid.
4. Ordinarius non poteſt relaxare diſpoſitionem hujus reg. & n. 16.
5. Papa conferendo pupillo dignitatem non propterea videtur diſpenſare ſuper defectu ætatis, etiam cum clauſula motus proprii ut n. 7.
6. An quod hic diſponitur in præbendis, idem obtineat in portione.
7. Mandatum de providendo an poſſit concedi minori 14. annis.
8. Hæc Reg. non habetur inter Regulas noviſſimorũ Pontificum, & quare.
9. Quatenus recedatur à diſpoſitione hujus reg. per Conſilium Trid. in proviſis ad Eccleſias Collegiatas Cathedrales & Parochiales.
10. Proviſo de Canonicatu an ſufficiat attigiſſe 14. annum hodierno jure.
11. Ætas qualiter probetur.
12. Probatio ætatis difficilis eſt, & propterea admittuntur tales quales probationes.
13. Cui incumbat onus probandi ætatẽ majorem ad effectum hujus Reg. vel Decreti Conſilii Trid.
14. Qui petit ſe admitti ut talis, debet probare talem.
15. Habilitates perſonarum tam circa ætatem, quam alia præſumuntur, quando actus habet debitam formam.
16. Teſtamentum producens non tenetur probare quod teſtator fuerit major 14. annis.
17. Ordinarius non poteſt diſpenſare contrà hanc reg.
18. Clauſula apponi ſolita ubi Pontifex diſpenſat ſuper ætate.
19. Portiones & præbendæ pari passu ambulant quoad effectum Canonici Conſilii Trid. ſecus in dimidiis portionibus.
20. Appellatione portionis non veniunt dimidiæ portiones.
21. Proviſio facta non habenti ætatem legitimam ſeu requiſitam in beneficio quod procedit etiamſi ad ætatem requiſitam deſit modicum tempus.
22. In his quæ ſunt à jure determinata non licet arbitrari.
23. Minor tempore conceſſi mandati de providendo, factus autem major tempore vacationis, an ſub hac Reg. comprehendatur.
24. In omni conceſſione tempus datæ inſpici debet.
25. Quid in nominatis univerſitatum & quid in iis qui preces primarias à Cæſare obtinuerunt?

REGU-